

# KONRAD. PEUTINGERS BRIEFWECHSEL

---

GESAMMELT, HERAUSGEGEBEN  
UND ERLÄUTERT

VON

DR. ERICH KÖNIG

PROFESSOR DER GESCHICHTE AN DER UNIVERSITÄT TÜBINGEN

---

*C. H. BECKSCHE VERLAGSBUCHHANDLUNG  
OSKAR BECK MÜNCHEN MCMXXIII*

sumere. Quare velim et rogo hac in re, quid sentias quidve pygargus Mosis et an apud Iuvenalem Pliniumque pygardus pro caprea recte legi possit, me quamprimum certiolem reddas. Haec etsi magni non sint ponderis, habent tamen aliquid literarii exercitamenti, quod (cum ociamur) delectare solet.

Simler ipsum, hactenus mihi incognitum, virum ex Germanis nostris nunquam satis laudatum et qui nos post te graecissare curat, grammaticam cuius Graecam et in septem psalmos interpretationes tuas Thomas Anshelmus, elegans ille chalcographus, ad me misit,<sup>1</sup> salvum optato. Et pro dexteritate tua, ut magnanimus es atque fortis, illecebras tibi iniuriantium ut muliebres more Socratico ne curato. Hoc unum sperant, dum invidia sua corroduntur, ut, quae ratione non possunt, garrulitate et blacteratione vincant.<sup>2</sup> Tu vale. Coniunx te salvum optat.

Ex Augusta Vindelicorum pridie idus decembres anno salutis 1512.

## 104.

Von Johann Reuchlin. <Nach 1512 Dezember 12. Stuttgart.>

Antwort auf Nr. 103, besonders auf die Frage nach der Bedeutung des 5 Mos. 14, 5 vorkommenden Wortes pygargus.

Gedruckt: 1. Clarorum virorum epistolae. Fol. e 3<sup>r</sup>f. — 2. Illustrium virorum epistolae. Fol. f 1<sup>r</sup>f.

Regest: Reuchlins Briefwechsel Nr. 159 S. 185.

Conrado Peutinger Ioannes Reuchlin S. D. P.

Quod serius quam velim ad nos scribis, non negligentiam erga me tuam accusare, sed diligentiam erga res commodiores laudare debeo. Quapropter ex postulatione tua opus non est, modo eandem mihi veniam concedas. Dedissem enim ad te literas et citius et fortasse crebrius, si non adversa occupatio iam me sisteret labori quotidiano calumniis adversariorum respondendi a consuetudine mea, ut nosti, longe alieno, sed necessario tamen.

<sup>1</sup> Georg Simlers *Observationes de arte grammatica und Reuchlins mit lateinischer Übersetzung und grammatischer Erklärung versehene Ausgabe des hebräischen Textes der 7 Bußpsalmen* (vgl. Geiger, *Reuchlin* S. 133 ff.) waren im Frühjahr 1512 bei Th. Anshelm in Tübingen erschienen; vgl. Panzer 8 S. 322 f. Nr. 8 und 16.

<sup>2</sup> Anspielung auf den seit 1511/12 entbrannten literarischen Streit Reuchlins mit Joh. Pfefferkorn und den Kölner Theologen in der Angelegenheit der Judenbücher.

De pygargo Moysi elegans ingenium tuum nimiae curiositatis postulo, cum tanta sit in omni lingua de vocabulis rerum diversitas, ut non solum Plinius apud Latinos, sed et Athenaeus apud Graecos et alii de naturis rerum scribentes obsolescant, cuius in Rudimentorum nostrorum<sup>1</sup> libro primo facie 231. de iaspide memini. Ita in Hebraicis vocabulis tam multus error est, ut supersticiosi quidam Iudaeorum a pluribus numero abstineant, quam in lege sint prohibita, ne ancipiti verborum intelligentia transgrediantur. Tu vero, si legisti Rudimenta mea, invenies in libro primo facie 124. pro isto tuo pygargo ab Onkelo Chaldaeo, cuius autoris translationem haud aliter quam textum Hebraei venerantur, unicornem esse traductum, quod doctissimi Hebraeorum approbant. Ego eius animalis conditionem iam nescio nec de illo nunc investigare possum, ad alium palum ligatus. Nam si habeat caudam praeacutam, potest quoque pygargus nominari. Est enim nomen compositum a pyge, id est cauda, et argus, quod aequivocum multa significat: album, candidum, velox, acutum, segne, vacuum; et canes veloces dicuntur cynargi. Ita potest rhinoceros aut unicornis quodlibet horum animalium caudam habere vel albam vel acutam, non solum aquilae genus. Vale.

105.

Von Michael Hummelberg. 1513 Januar 1. Ravensburg.

*Sendet als Neujahrsgeschenk eine Berichtigung der in Peutingers „Sermones convivales“ enthaltenen Angabe über die Sitze der Nantuaten.*

München, StsB: Cod. Lat. 4007 fol. 29<sup>r</sup>f. Abschr.

Gedruckt: Lotter-Veith S. 162f.

Michael Humelbergius Ravenspurgensis  
Chuonrado Peutinger Augustano S. S.

Antiquissimi saeculi hactenus observatus mos est, vir praestantissime, quo kalendis ianuariis strenulas ineuntis anni felicissima omnia carissimis mittimus maximeque hiis, quos in tutelares deos (ut ita dicam) et patronos adsumimus quosque

<sup>1</sup> Joann. Reuchlin Phorcencis . . . de rudimentis Hebraicis. Nonis Martiis anno 1506.